Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26085
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Porro thalami poste aduersa orientale tres hinc & tres inde & mensura una trium. Qd thalami qd uia orientalis designet ita supius diximus nec replicare ea latius necessarium putamus. Sed querendum nobis est qd est qd dicit tres hinc & tres inde & mensura una trium.
Thalami quippe iuxta uia orientalis sunt corda feruentium in amore dei & siue hi qui electi in testamento ueteri fuerint siue hi qui in testamento nouo secuti sunt. Nimirum est. quia omnes ex amore trinitatis accensi sunt. neq: enim uere dm diligerent. si eidem trinitatis gratiam que dns est non accepissent. Iuxta quam uia orientalis tres hinc & tres inde sunt. thalami. quia dum in ueteres & nouos patres dns incarnari dignatus est. qsi in medio thalamorum uia orientalis apparuit. Qui thalami aduersa specie extrinsecus sunt cognitione decorati, sin uero aduersitates electorum, eundem numerum referamus. Tres uirtutes sunt. sine quibus si quid aliquid opari ita potest saluari non potest. videlicet spes. fides & caritas. Et quia eadem spes. fides & caritas. in antiquis patribus que in nouis doctoribus fuit. iuxta orientalem uiam tres hinc & tres inde thalami describuntur. Et certe quia tres patrum ueterum distinctiones fuerunt. tres qq: nouorum sub gratia consecuti sunt. Vetus quippe populus habuit patres ante legem. ac deinde in lege. & pro modulo prophetas. in nouo autem populo primus hebreorum primicie crediderunt. pro modulo plenitudo gentium in fide secuta est. ac deinde in fine seculi hebreorum reliquie saluantur. Quia quam incarnatio dni. & ex superiori parte patres ante legem. patres in lege. atq: ad extremum prophetas habuit. & ex posteriori fideles ex hebreis. fideles ex gentibus. ac pro modulo hebreorum reliquias colligit. orientalis uia tres hinc & tres inde thalamos habere memoratur. Sed hoc qq: non iniuste accipimus. si tres esse ordines fidelium dicamus, siue naq: in ueteri seu in nouo testamento. alius est ordo predicantium. alius continentium. atq: alius bonorum coniugatorum. Vnde & isdem prophetis in superiori parte iii. uiros liberatos uidit. noe. daniel. & iob. In quibus uidelicet tribus predicatores continentes atq: coniugati signantur. Nam noe arcam in undis rexit atq: ido figuram rectorum tenuit. daniel in aula regia abstinentie dedit fuit. & iccirco uitam continentium signauit. iob uero in coniugio positus. & curam proprie